

August 24
St Bartholomew
Apostle

The Apostle St Bartholomew is traditionally identified with Nathanael, in St John's Gospel one of the first followers of Christ. According to the legend he preached the Faith in India and Armenia and suffered martyrdom through flaying.

Red

2 Cl. (Duplex 2 Cl.)

INTROIT: Ps. 138:17

Mihi autem nimis honorati sunt amici tui, Deus : nimis confortatus est principatus eorum. Ps. *ibid.* 1-2: Domine probasti me, et cognovisti me : tu cognovisti sessionem meam, et resurrectionem meam. V. Gloria.

*To me thy friends, O God, are made exceedingly honourable : their principality is exceedingly strengthened. Ps. *ibid.* 1-2: Lord, thou hast proved me, and known me : thou hast known my sitting down and my rising up. V. Glory.*

COLLECT

Omnipotens sempiterne Deus, qui hujus diei venerandam sanctamque lætitiā in beati Apostoli tui Bartholomæi festivitate tribuisti : da Ecclesiæ tuæ, quæsumus, et amare quod credidit, et prædicare quod docuit. Per Dominum.

Almighty and eternal God, who hast given unto us a reverent and holy joy in this day's festival of thy blessed Apostle Bartholomew : grant, we beseech thee, unto thy Church to love what he believed and to preach what he taught. Through our Lord.

EPISTLE: 1 Cor. 12:27-31

Lectio Epistolæ beati Pauli Apostoli ad Corinthios.

Fratres : Vos estis corpus Christi et membra de membro. Et quosdam quidem posuit Deus in Ecclesia, primum apostolos, secundo prophetas, tertio doctores, deinde virtutes, exinde gratias curationum, opitulationes, gubernationes, genera linguarum, interpretationes sermonum. Numquid omnes apostoli? Numquid omnes prophetæ? Numquid omnes doctores? Numquid omnes virtutes? Numquid omnes gratiam habent curationum? Numquid omnes linguis loquuntur? Numquid omnes interpretantur? Æmulamini autem charismata meliora.

A lesson from the Epistle of St Paul the Apostle to the Corinthians.

Brethren: You are the body of Christ, and members of member. And God indeed hath set some in the Church, first apostles, secondly prophets, thirdly doctors, after that miracles, then the graces of healings, helps, governments, kinds of tongues, interpretations of speeches. Are all apostles? Are all prophets? Are all doctors? Are all workers of miracles? Have all the grace of healing? Do all speak with tongues? Do all interpret? But be ye zealous for the better gifts.

GRADUAL: Ps. 44:17, 18

Constitues eos principes super omnem terram :
memores erunt nominis tui, Domine. ¶ Pro
patribus tuis nati sunt tibi filii : propterea popu-
li confitebuntur tibi.

*Thou shalt make them princes over all the earth :
they shall remember thy name, O Lord. ¶ Instead of
thy fathers, sons are born to thee : therefore shall
people praise thee.*

ALLELUIA

Te gloriosus Apostolorum chorus laudat,
Domine.

The glorious choir of apostles praiseth thee, O Lord.

ad libitum: SEQUENCE

Alleluia, nunc decantet universalis Ecclesia
Extollendo laude celsa Apostolorum præconia.

*Alleluia, may now the entire Church sing,
To raise up hymns to the Apostles with high praise.*

Quorum princeps per crucem scandit Petrus
alta poli culmina.
Doctor orbis triumphat sub Nerone, urbe in
Romulea.

*Peter, their prince, climbs up to the high summit of
heaven through the cross.
The teacher of the world [Paul] triumphs under
Nero, in the city of Romulus.*

Crux Andreae digna confert præmia, / Jacobus
uterque nitet laurea, / Ægeas illum, hos
Judaica gens transmisit ad æthera.
Sunt Matthæo, sunt Joanni collata / duo clara
gratiarum munera / Hyrtacus illum necat,
hunc suas Jesus vocat ad epulas.

*The cross bestows on Andrew the worthy prize, /
Both James shine with laurel, / the Ægeans sent
one into heaven, the Jews the other.
Two bright gifts of graces / are given to Matthew and
John: / Hyrtacus kills one, the other is called by
Jesus to his banquet.*

Philippus, Christi gratia docens, prædicans in
Scythia.
Thomas confossus lancea, cursum consummat
in India.

*Philip preached in Scythia, teaching through Christ's
grace.
Thomas, stabbed by a lance, completes his race in
India.*

Simon et Judas dum sacra Persis ostendunt
monita,
Fusus sanguis ambos stola perlustravit
purpurea.

*When Simon and Jude were showing the holy admo-
nitions to the Persians,
The blood they shed decorated both with a purple
garment.*

Bartholomæus dat Indis vitæ dogmata;
Matthiæ culmen dedit sors apostolica.

*Bartholomew gives the Indians the doctrines of life.
The fate of the Apostles brought Matthias to the
summit.*

Plaudat ergo tellus, plaudat cælorum curia, / et
hac die sacra plaudat præsens familia /
honoranda sacrosancta Apostolorum merita.

*Thus the earth shall applaud, the heavenly court
shall applaud, / and on this day the holy house-
hold present here / shall applaud, to honour the
holy merits of the Apostles.*

Hi sunt candelabra ante Deum lucentia, / hi
prælati, celsa summi Regis in curia, / hi sal
terræ, hi lux mundi, hi clara cæli lumina.

*They are the candlesticks shining before God, / they
the princes, high in the court of the supreme King,
/ they the salt of the earth, they the light of the
world, they the bright stars of heaven.*

Jam palma, jam corona, jam promissa olim
mensa illis est apposita.
O quanta, quam præclara, quam jocunda cele-
brantur illorum solemnia.

*Already the palm, already the crown, already the
long-promised banquet is placed before them.
O how many of their feasts, how famous, how wel-
come, are celebrated.*

His nostra sint solemnia,
Sint vota, sint præconia,

*For those shall be our feasts,
Our vows, our hymns,*

Sint grata laudum carmina.

May the songs of praises be welcome.

GOSPEL: *Lk.* 6:12-19

Sequentia Sancti Evangelii secundum Lucam.

*Continuation of the holy Gospel according to
St Luke.*

In illo tempore : Exiit Jesus in montem orare,
et erat pernoctans in oratione Dei. Et cum dies
factus esset, vocavit discipulos suos, et elegit
duodecim ex ipsis (quos et Apostolos nomi-
navit): Simonem, quem cognominavit Petrum,
et Andream fratrem ejus, Jacobum et Joannem,
Philippum et Bartholomæum, Matthæum et
Thomam, Jacobum Alphæi et Simonem, qui
vocatur Zelotes, et Judam Jacobi, et Judam
Iscariotem, qui fuit proditor. Et descendens
cum illis, stetit in loco campestri, et turba
discipulorum ejus et multitudo copiosa plebis
ab omni Judæa, et Jerusalem, et maritima, et
Tyri, et Sidonis, qui venerant ut audirent eum,
et sanarentur a languoribus suis. Et qui vexa-
bantur a spiritibus immundis curabantur. Et
omnis turba quærebat eum tangere : quia virtus
de illo exibat, et sanabat omnes.

*At that time: Jesus went out into a mountain to
pray, and he passed the whole night in the prayer of
God : and when day was come, he called unto him
his disciples; and he chose twelve of them (whom also
he named apostles): Simon whom he surnamed Peter,
and Andrew his brother, James and John, Philip
and Bartholomen, Matthew and Thomas, James the
son of Alphæus, and Simon who is called Zelotes,
and Jude the brother of James, and Judas Iscariot,
who was the traitor. And coming down with them, he
stood in a plain place, and the company of his disci-
ples, and a very great multitude of people from all
Judea and Jerusalem, and the sea-coast, both of Tyre
and Sidon, who were come to hear him, and to be
healed of their diseases. And they that were troubled
with unclean spirits were cured. And all the multi-
tude sought to touch him, for virtue went out from
him, and healed all.*

OFFERTORY: *Ps.* 138:17, 1-2, 3, 5

Mihi autem nimis honorati sunt amici tui,
Deus : nimis confortatus est principatus eorum.
Ÿ Domine, probasti me et cognovisti me : tu
cognovisti sessionem meam et resurrectionem
meam. Ÿ Intellexisti cogitationes meas a longe :
semitam meam et directionem meam investi-
gasti. Ÿ Ecce tu, Domine, cognovisti omnia,
novissima et antiqua : tu formasti me et posu-
isti super me manum tuam.

*To me thy friends, O God, are exceedingly honour-
able; their principality is exceedingly strengthened.
Ÿ Lord, thou hast proved me, and known me :
Thou hast known my sitting down, and my rising
up. Ÿ Thou hast understood my thoughts afar off :
my path and my line thou hast searched out. Ÿ Be-
hold, O Lord, thou hast known all things, the late
and those of old : thou hast formed me, and hast laid
thy hand upon me.*

SECRET

Beati Apostoli tui Bartholomæi solemnia recensentes, quæsumus, Domine : ut ejus auxilio tua beneficia capiamus, pro quo tibi laudis hostias immolamus. Per Dominum.

We beseech thee, O Lord, that we who celebrate the solemnity of thy blessed Apostle Bartholomew may receive from thee benefits through his aid, in whose honour we offer to thee the sacrifice of praise. Through our Lord.

PREFACE

Of the Apostles

Vere dignum et justum est, æquum et salutare : Te, Domine, suppliciter exorare, ut gregem tuum, pastor æterne, non deseras : sed per beatos Apostolos tuos continua protectione custodias. Ut iisdem rectoribus gubernetur, quos operis tui vicarios eidem contulisti præesse pastores. Et ideo cum Angelis et Archangelis, cum Thronis et Dominationibus, cumque omni militia cælestis exercitus, hymnum gloriæ tuæ canimus, sine fine dicentes :

It is truly meet and just, right and salutary, humbly to pray thee, O Lord, the eternal shepherd, to abandon not thy flock; but through thy blessed Apostles to keep a continual watch over it; that it may be governed by those same rulers whom thou didst set over it as shepherds and as thy vicars. And therefore with the Angels and Archangels, with the Thrones and Dominions, and with all the hosts of the heavenly army, we sing a hymn to thy glory, evermore saying:

COMMUNION: Mt. 19:28

Vos, qui secuti estis me, sedebitis super sedes, judicantes duodecim tribus Israel.

You that have followed me shall sit upon seats, judging the twelve tribes of Israel.

POST-COMMUNION

Sumptum, Domine, pignus redemptionis æternæ, sit nobis, quæsumus, interveniente beato Bartholomæo Apostolo tuo, vitæ præsentis auxilium pariter et futuræ. Per Dominum.

May the pledge of eternal redemption, which we have received, become to us, O Lord, we beseech thee, by the intercession of blessed Bartholomew, thy Apostle, a help both for this life and for that which is to come. Through our Lord.